cum advocacia in Kempene [g] et curte in [h] Hunff [i], castrum Poppelstorp [i], medietatem castri in Gensberch [k] cum attinentiis, medietatem quoque castri Nordernay [65], quod ipse a comite de Waldeke [l] pro ecclesia obtinuit bellico apparatu. Ipse insuper [m] castrum Zeltanich [66] supra Mosellam ab ecclesia longis temporibus [n] alienatum + a comite de Veldentze pro magna quantitate pecunie recuperavit. ++
Ad hec [o] idem quoque Walramus opidum Menden [67] in terra Westfalie, quod ab antiquo dirutum [p] fuerat et destructum, in finibus comitis de Marka positum cum valido exercitu illuc [q] tendens a fundamentis [r] denuo reparavit et portis atque menius fortiter communivit. Quod licet postmodum per Adolphum comitem de Marka et Godefridum [s] comitem de Arnsbergh [t] nocturno tempore et treugis stantibus denuo fuisset captum et destructum, ipse tamen illud denuo reparavit et ad munimen eiusdem opidi castrum a latere ipsius apposuit et munivit.
Ipse etiam primus instituit et fundavit claustrum et conventum fratrum [u] Carthusiensium infra muros civitatis Coloniensis. Preterea cum Ludovicus IV. Romanorum imperator per Johannem papam XXII. Benedictum XII. Clementem VI. longo tempore fuisset excommunicatus et ille sententias in ipsum [v] latas non curaret, sed semper cresceret et fortior fieret, idem dominus Walramus archiepiscopus [w] una cum aliis quibusdam principibus congregatis insimul in villa dicta Rens [x] supra Renum ad beneplacitum et votum dicti Clementis pape VI. elegit in regem Romanorum Carolum [y] IV. filium quidem regis Bohemie

[65] v. dipl. Ottonis com. Waldecc. 1346 aug. 10 ap. Seibertz Urk. II, p. 346.

[66] Zeltingen.

[67] v. dipl. 1347 dec. 5 ap. Lac. III, 361.

Chron. quor. reg. 1346 iul. 11.

+ cod. 5: inpignoratum, cuius alienacio quasi in oblivionem propter temporis antiquitatem iam transierat, de manibus comitis Veldenzie pro pecunia non parva absolvit.
++ add. 6: Turrim etiam pulcherrimam a fundamentis edificavit in Brenlone ~~(l. Brule)~~ castro et fundamentum ~~(sic!)~~ alterius terris ibidem edificande et erigende posuit. 6' textum exhibet prorsus corruptum.

g) Korpene 4'. h) in deest 3. i) Poppelsdorpp 1. k) Seynsbergh 1. Sensberg 3. Geynsbergh 4'. Reinsbergh 4''. l) Waldecke 1. 3. m) Ins. ipse 1. n) longo tempore 4. 4'. 4''. o) Adhuc 1. 2. 3. p) duratum 3. q) illud 1. r) fundamento 4. 4'. 4''. s) Godefrydum 1. Gotfridum 3. t) Arnsbergh 1. Aernsberch 2. Arensberch 4. 4''. Arnsburgh 4'. u) fratrum deest 2. v) illum 3. w) Coloniensis add. 2. x) Reusz 4. 4'. 4''. y) Karolum 4. 4'. 4''.